Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



44r

qui dictabat epistolam, scedulam quoque pariter
conservabat. Et hac quidem epistola ob tam grande
miraculum, in codice Epistolarum ejus a fratribus
non immerito prima est ordinata. Alia S. Viri
miracula vide apud Bernardum Bonavall. vit. ejus
lem c. 2, 3, 4; item apud Gaufridum vit. ejusdem
2, c. 2 et seqq. et l. 3, c. 1; item libro miraculorum S.
Bernardi, qui est totius vitae ejus l. 6; item Exor-
cium magnum dist. 2. Unde ~~Baronius Controv. II,~~ Bellarminus Controv. t. II,
4, c. 14: B. Bernardus pluribus miraculis claruit,
quam ullus Sanctorum, quorum vita scripta extant.

16) Bernardus Bonavall. in vita S. Bern. c. 1, 2.
7. Gaufridus l. 3, c. 1. Innocentius II ep. ad Bern-
ardum: Quam firma perseverantique constan-
tia causam B. Petri et Sanctae Matris tuae Ec-
clesiae, incandescente Petri zeloris schismate
servos tuae religionis et discretionis susceperis defen-
dendam, esse mutum inexpugnabilem pro domo Dei
opponens, animos Regum ac Principum, et aliarum
tam ecclesiasticarum quam secularium personarum
ad Catholicae Ecclesiae unitatem et B. Petri ac nostram
obedientiam frequentibus argumentis et ratione
monitis inducere laboraveris, magna, quae Ecclesiae
Dei et nobis provenit, utilitas manifestat. Hear.
Suso serm. 4 de Resign. Beatus Bernardus tua
tempestate, nedum aliis quibuscunque, sed ipso etiam
summo Pontifice fuit honoratior; quod ille tamen
non pluris fecit, quam lutum platearum. Coluriy
Geisterbac. Mirac. l. 14, c. 17: Bernardus virtute
auctoritatis, ut per unius os Bernardi purpu-
rati Patres, Reges, Principesque terrarum quasi per
commune mundi oraculum loquerentur. Otto Frisi.
l. 1 de gestis Frid. c. 34: Bernardus apud omnes
Galliae ac Germaniae populos ut Propheta vel Apostolus
habebatur.

17) Baptista Mantuanus Fast. l. 8, ad festum S.
Bern. Sex decies fundasse decem Cisterciae sacra
cluitur: unius valuit prudentia tantum.